

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 1237

**Auteur(s) :** Philippe le Cauf [particulier]

**Auteur(s) :** Marie du Four, femme de Philippe le Cauf [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1251, décembre

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Philippe dit Le Cauf et sa femme prennent à ferme du doyen Herbert de Charmont et du chapitre de Bayeux leur moulin de Vieux-Pont, moyennant 17 livres et 12 sous tournois par an et quelques autres obligations : l'official confirme cet acte.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCCLVIII, t. 2, p. 187-189.

Texte établi d'après a

Sciant omnes præsentes et futuri quod nos Philippus dictus Calvus et Maria de Furno, uxor mea, accepimus ad firmam a venerabilibus viris Heriberto, decano, et capitulo Baiocensi quoddam molendinum eorumdem, situm apud Veterem Pontem, tenendum et habendum, quoad viximus (sic) aut alteri nostrum alterum superviventi tantum, ita quod nos tenemur reddere eisdem decano et capitulo, singulis annis, decem et septem libras et duodecim solidos Turonenses, videlicet, medietatem ad Natale Domini, et aliam medietatem ad festum beati Johannis Baptiste : de qua pecunia vir venerabilis cancellarius Baiocensis percipiet, singulis annis, tringinta (sic) et duos solidos Turonenses, per manum custodis communiae Baiocensis, pro decima quam percipit in dicto molendino ad terminos statutos ; ita quod nullæ expensæ, pro reparatione dicti molendini facienda vel iacine (?), quamdui dictum molendinum tenebimus aut alter nostrum, nobis vel nostrum alteri computabuntur. Tenemur etiam quamdam domum lapideam ibidem facere competenter infra Natale beati Johannis Baptiste proximo venturum, et dictum molendinum in bono statu, cum nostris propriis expensis, in omnibus, quamdui illud tenebimus, observare, ita quod illud dimittamus eisdem decano et capitulo in bono et legitimo statu, secundum bonorum virorum arbitrium, cum illud idem capitulum rehabebit. In quo vero molendino custodes communiae Baiocensis poterunt, quocienscumque necesse fuerit, pro dicto redditu plenariam justiciam exercere ; et ego etiam Philippus obligo quamdam domum meam, pro me et dicta uxore mea, si me supervixerit, quam teneo de eodem capitulo in vico Sancti Machuti, sitam inter domum Willelmi de Sancto Laurente (?) et domum quæ fuit Ricardi Calvi : in qua dicti custodes, tam pro redditu ex ea eidem capitulo debito quam pro defectu solutionis dictæ pecuniæ, si in solutione defecerimus, absque contradictione mei vel hæredum meorum, poterunt similiter plenariam justiciam exercere. In cuius rei testimonium et ad majorem confirmationem, vir venerabilis officialis Baiocensis, ad petitionem nostram, una

cum sigillis nostris, cartæ præsenti apposuit sigillum curiæ Baiocensis. Actum anno gratiæ Domini millesimo  
ducentesimo quinquagesimo primo, mense decembris.